UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

Tabvlae Geographicae Cl. Ptolem[a]ei

Mercator, Gerhard

Coloniae Agrippinae, 1578

Europae tabula. III.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-441

Visual Library

EVROPAE TABVLA III.

Continet Galliæ, Græcis Celtogalatiæ dictæ, quatuor prouincias, Aquitaniam, Lugdunenſem, Belgicam, & Narbonenſem.

Celebrium in his ciuitatum obſeruationes cœleſtes ſunt hæ.

AQVITANIAE CELTOGALATIAE.

	Maxima diei hora.	*Diſtantia horaria à meridiano Alexandriæ.*
Mediolanum	$15\frac{1}{3}$	$2\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ in occ.
Burdigala	$15\frac{1}{4}$	$2\frac{1}{4}\frac{1}{3}$ ferè in occ.

LVGDVNENSIS GALLIAE.

Auguſtodunum	$15\frac{1}{2}\frac{1}{3}$	$2\frac{1}{3}\frac{1}{6}$ in occ.
Lugdunum	$15\frac{1}{2}$	$2\frac{1}{4}$ ferè in occ.

BELGICAE GALLIAE.

Rigiacum	$16\frac{1}{2}$	$2\frac{1}{2}$ ferè in occ.
Durocottorum	$16\frac{1}{8}$	$2\frac{1}{2}\frac{1}{12}$ in occ.

NERBONENSIS CELTOGALLATIAE.

Maſsilia	$15\frac{1}{4}$	$2\frac{1}{3}$ in occ.
Narbon	$15\frac{1}{4}$	$2\frac{1}{2}\frac{1}{10}$ in occ.
Vienna	$15\frac{1}{2}$	$2\frac{1}{2}$ in occ.
Nemauſus	$15\frac{1}{3}\frac{1}{12}$	$2\frac{1}{4}$ in occ.

ANNOTATIONES.

In Aquitaniam.

SANTONVM *promontorium non in lat. 47 $\frac{1}{2}\frac{1}{4}$. ſed in 46 $\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ ponendum præcedentia ſequentiaque littora oſtendunt.*

Santonum portus eſt in lat. 47 $\frac{3}{4}$. vt colligitur ex Vil. vbi latitudines promontorij & portus permutatæ ſunt.

Ratiaſtum omnibus eſt in long. 17 $\frac{2}{3}$. quod præcedentia Limonium & Mediolanium non patiũtur, ego in 19 $\frac{2}{3}$ poſui, nam hic ſitus reſpondet veritati. Et quum Santones Pictonibus ad meridiem confines poſuerit Ptol. Limouicos item iiſdem conterminos, ſed in Mediterraneis, non poteſt Ratiaſto eadem longitudo quæ Mediolano conuenire.

Ducona Ratiaſti poſitionem ſequitur, quare non in long. 18. ſed 19 locanda eſt, ſic etenim & hodie Cadurci cum Limouicis & Petrocorijs ſiti ſunt.

Intaſta & Auſciorum auguſta latitudines permutatæ ſunt, id tum deſcriptionis ordo, tum Datiorum inter Tabalos & Auſcios collocatio à Ptol. facta teſtatur.

Rueſsium omnes ponunt in long. 18. ego addidi $\frac{1}{2}$. quia Rieux & Aux (quæ Rueſsium & Auguſtam eſſe perſuadeor) hodie talem inter ſe ſitum habent.

Medulli populi iuxta Rhodanum & Lugdunum, videntur hic in Ptol. ſcribarum vitio excidiſſe, nam in Narbonenſi Gallia ſcribit Allobroges, ſub illis, ad meridiem videlicet illorum, ſitos eſſe.

In Lugdunenſem Galliam.

VINDANA *portus in lat. 49 $\frac{2}{3}$ à reliquis, à Rom. verò 49 $\frac{3}{4}$ ponitur, at pro iuſta forma littorum ſeruanda 49 $\frac{1}{2}$ conuenit.*

Sequanæ fluuij oſtia alij in lat. 51 $\frac{1}{2}$. alij 51 $\frac{1}{6}$ conſtituunt, ſed 51 $\frac{1}{3}$ littorum figuræ conuenit.

In Auguſtobona Rom. habet long. 24 $\frac{1}{2}$. reliqui 23 $\frac{1}{4}$. ego pro conuenientiore ſitu compoſui 23 $\frac{1}{2}$. eademque ratione Pariſium in 23 $\frac{1}{4}$ collocaui.

Rodumnam omnes in lon. 24. ponunt & Forum Seguſianorum in 23 $\frac{1}{2}$. ſolus Rom. in 22 $\frac{1}{2}$. at quum Ptol. Seguſianos conterminos ponat Aruernis & Turupijs, Cemenosq; montes incolere dicat, neceſſariò inter Ligerim fl. & Cemenos montes collocandi ſunt. Proinde Rodumnam in 21. Forum Seguſianorum in 20 $\frac{1}{2}$ poſui, ſic etiam recto ordine ſequitur Iatinæ poſitio.

Cabullinum ponunt in lon. 22 $\frac{1}{2}\frac{1}{3}$. Cuſ. in 23 $\frac{1}{3}$. Rom. in 24 $\frac{1}{3}$. ego iuxta veritatem in 23 $\frac{1}{4}\frac{1}{3}$.

In Belgicam Galliam.

QVIA *Itium promon. rectè pro Albionis ſitu in lat. 52 $\frac{1}{3}$ à Cuſ. ponitur, ſimiliter Moſæ fl. oſtia à Vil. in 53 $\frac{1}{3}$. rectè intermedia duo, Geſoriacum & Tabudæ oſtium ad eandem lat. à 53 $\frac{1}{2}$ in exemplaribus inuenta retraxi, ſic enim & Littorum verior forma conſtat.*

Origiacum omnes ponunt in lat. 51. at ſitus loci & ſequentium Samarobrigæ & Cæſaromagi poſitiones 51 $\frac{2}{3}$ requirunt.


Medius meridianus 23. ad quem reliqui inclinantur iuxta rationem parallelorum 45. 51. ad circulū maximum.
Angliæ
pars
Britan
nicus
Oceanus
Oceanus
Aquita
nicus
Novus portus
Magnus portus
Vectis
Lexubij
Caletę
Ambiani
Veneli
Rothomagus
Biducesij
Veneliocasij
Osismij
Veneti
Andicani
Lugdu
nen
Aulircij Cenomani cognominati
Samnitę
Pictones
Aqui
ta
nia
Limouici
Rhedones
Carnutę
Senones
Santones
Mediolanium
Petrocorij
Cadurci
Nitiobriges
Segusiani
Burdigala
Auscij
Aruerni
Tarbe
li
Rutani
Volcę
Tecto
ces
Narbo
Gal
li
Hispanię pars
Pyreneus mons
Belgica
Tongri
Morini
Remi
Sequana flu.
Ligeris flu.
Garunna flu.
Rhodanus flu.
Vienna
Allo
Ruscino
Agatha
14
a 15
16
17
18
b
19
20
21
c 22
23
54
a
53
52
b
51
50
c
49
48
d
47
46
e
45
44
f
43
16
a 17
18
19
b
20
21
c 22

II TAB:

Mosa fluuius
Lugodinum Batauorum
Tabuda flu.
Tuliphurdum
Ascalingium
Mediolanium
Teuderium
Batavi
Sicambri
Tongri
Batauodurum
Vetera
Vlpia legio.30.
Aduacutum
Germanie
Germania
Munitium
Castellum
Mena
pij
Tencteri
Rhenus flu.
Asciburgium
Bogadium
Neruij
Baganum
Alesum
Amasia
Agrippinensis
inferior
Belgica
Gal
lia
Bonna legio prima
Nuesium
Romandui
Traiana legio .22.
Intuergi
Mattiacum
Abnobij montes
Augusta Roman duorum
Mogontiacum
Artaunum
Vangiones
Ger
Borbetomagus
Neomagus
Caritni
pars
Augusta Vesso
Augusta Triuero rum
Vessones
Triu
eri
Rufiniana
Nemetes
Durocottorum
Remi
L
IA
Argentoratū legio 8
Augusta
Lucotetia
Med
iomatrices
Elcebus
mania
Tarodunum
Arę Flauię
Obrincus fluuius
Diuodurum
Tribocci
Heluetiorum eremus
Argentuaria
Riusiaua
Vadicasij
Tullum
Leuci
Nasium
Augusta Rauracū
superior
Danubius flu.
Dracuina
Viana
Bragodurum
Rhenus fluuius
Garnodurum
Neomagus
Lingones
Andomatunum
Eluetij
Taxgetium
Hedui
Augustodunum
Visontium
Arar flu.
Jurassus mons
Equestris
Forum Tiberij
Cabullinum
Med
ulli
Sequani
Auanticum
Tricasteni
Dubis flu.
Alpes
Neomagus
Forum Claudij
Vienna
Allo
broges
Axima
Itali
Accusiorū colonia
Mi
meni
Forum Neronis
Rhodanus flu.
Oscela
Eburodunū
ę pars
Cauari
Vasiorum
Sentij
Dinia
Augusta pretoria
Salme
Arausiorum colonia
Cabelliorum colonia
Vocontij
Gallia
Hisara flu.
Brigantium
Druentius flu.
Augusta Taurinorum
Salices
Aque Sextię colonia
Albaugusta
Padus flu.
Elicoci
Daciatij
Augusta Batienorū
Glanum
Ernaginum
Com
mo
ni
Antipolis
Salinę
Anatili
Taurentium
Alpes
Cemenoleum
Forum Julium colonia
Olbia
Sanitium
Maritima colonia
Massilia
Argentius flu.
Varus flu.
Nicea
Genua
Stœchades insulę
Lerone
mare
cum
24 25 d 26 27 28 e 29 30 31 f 32
54 a 53 52 b 51 50 c 49 48 d 47 46 e 45 44 f 43
24 d 25 26 27 e 28 29 f 30

EVROP: III TAB:

Samarobrigam collocant in long. $22\frac{1}{4}$. ego in $22\frac{5}{6}$. & cum Nou. in lat $52\frac{1}{2}$. ita diſtantia Antonini Pij inter hanc & Cæſaromagum, nimirum 25. mil. paſſ. rectè ſeruatur.

Pro Aduacutum in autographo ſcriptum fuiſſe opinor Aduaca Ton. id eſt, Tongrorum, proinde Aduaca pro Aduacutum legendum eſſe.

Baganum locant in $25\frac{3}{4}$. $51\frac{2}{3}$. qui locus Neruijs minimè conuenit, reſtitui lon. in $23\frac{1}{2}\frac{1}{4}$. exiſtimo enim Baiacum Antonini hodie eſſe Bauay, qui locus hanc poſitionem reſpectu Samarobrigæ proximè obtinet.

Auguſtam Romanduorum collocant in long. $25\frac{1}{2}$. ſed $24\frac{1}{2}$ ſitus eius poſtulat.

Durocottorum à Rom. ponitur in lat. $48\frac{1}{3}$. à Vil. $48\frac{1}{2}$. at iunctim hæc poſita, videlicet $48\frac{1}{2}\frac{1}{3}$. veriorem rationem ad Pariſium & Auguſtam Veſſonum exhibent.

Diuodurum non rectè in lat. 47.$\frac{1}{3}$ conſtituunt, melius in $47\frac{2}{3}$ ſitus eius quadrat.

Naſium pro ſitu ſuo deberet Septentrionalius eſſe Tullo, ideo pro lat. $46\frac{2}{3}$ poſui $46\frac{1}{2}\frac{1}{3}\frac{1}{12}$.

Batauodurum alij in lat. $52\frac{1}{6}$. ſolus Nou. in $52\frac{1}{2}$. nec dum ſatis, quia enim certum eſt nūc eſſe **Batenburch**, *poſtulat eius ſitus reſpectu Veterræ $52\frac{1}{2}\frac{1}{3}\frac{1}{12}$. & Vlpiæ nunc* **Alpen** *ſitus $52\frac{1}{2}$. non $52\frac{1}{2}\frac{1}{3}$.*

In Moguntiaco & Obrinci fl. diuertigio numeri erant permutati, quos ſuis locis reſtitui.

In Neomago Nemetum pro lat. $49\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ poſui $49\frac{1}{2}$. ſic eius ſitu poſtulante.

Argentoratum & Breucomagus vicio ſcribarum cum ſuis numeris inuerſo ordine in exemplaribus recenſentur, Breucomagus enim Septentrionalior eſt Argentorato.

Vangionum & Nemetum ſitus in Ptol. tranſpoſitus confuſusq́; eſt.

In Narbonenſem Galliam.

ILLIBERIS *Rom. eſt in long. $20\frac{1}{2}$. Cuſ. $19\frac{3}{4}$. reliquis in $19\frac{1}{2}\frac{1}{4}$. ego in $19\frac{1}{2}$ poſui, hunc enim reſpectu Ruſcinonis ſitum habere exiſtimo, & eſſe quæ nunc Illa in tabulis reperitur.*

Accuſiorum colonia in lon. 23. ab omnibus ponitur, at in 24. collocanda, facit enim Ptol. Cauaros Orientaliores Segalaunis, & inter hos Tricaſtenosque medios.

Arauſiorum colonia nunc Orange, Latinè Auriacum, Septentrionalior eſt Cabelliorum colonia, quæ nunc Cauallon vocatur, & in eodem penè ſunt Meridiano, ideo Arauſ. col. in lat. $44\frac{2}{3}$ poſui, quanquam Cuſ. $44\frac{1}{3}$ habeat, id enim nimium eſt.

Pro Vaſiorum exiſtimo legendum eſſe Vaſium, vt Cuſ. habet, niſi deſit: colonia.